Preghiere eucaristiche per la Messa dei fanciulli e della riconciliazione

SACRA CONGREGATIO PRO SACRAMENTIS ET CULTU DIVINO - PROT. CD 2210/80

Lettera indirizzata al Card. Presidente, Anastasio A. Ballestrero, il 15 dicembre 1980.

E.me Domine,

officium mihi est Tecum communicare ea quae Summus Pontifex disposuit quoad usum Precum eucharisticarum pro Missis cum pueris et de reconciliatione.

Uti notum est, concessio adhibendi praedictas Preces eucharisticas finem habet anno 1980 exeunte (cf. « Notitiae » 1977, pp. 555-556).

Beatissimus Pater Ioannes Paulus II in Audientia, die 13 decembris 1980 Iacobo R. Card. Knox, Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino Praefecto, concessa, benigne indulsit ut usus Precum eucharisticarum pro Missis cum pueris et de reconciliatione prorogaretur, iisdem quae antea servatis condicionibus, sive pro illis Conferentiis Episcopalibus, quae facultate a Sancta Sede iam fruuntur, sive pro ceteris Conferentiis, quae Sancta Sede approbante usum Precum in propriam Nationem introducere vellent.

Quae facultas vigere perget donec aliter a Sede Apostolica provideatur.

Omni quo par est obsequio, pergratum mihi est sensus erga Te venerationis meae pandere atque me profiteor

in Domino add.mum

VERGILIUS NOE
a Secretis a.

+ IACOBUS R. CARD. KNOX
Praefectus